



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

hac ætate ab Erpone Archiepiscopo Moguntino fundatum est.

Duraverunt hæ Moguntinæ vires ad Bardonem Archiepiscopum annis plus septuaginta. (a) Imperatrix † Geisela Conradi secundi uxor duos habebat consanguineos, Hugonem & Ludovicum fratres, qui avos ex Franciæ Regum stirpe numerabant. Hugo Archiepiscopi, Ludovicus Cæsaris aulam sequebatur, ejusque gratiâ felicior. * Cæsar ad imperium uxoris apud Moguntinum pro eo rogat, vellet Ludovicum bonis quibusdam in Thuringia concessis clientem suscipere, suæque provinciæ administrationem credere, pro Cæsari collatis habenda, quæ Ludovico fierent. Vidit Præsul quàm periculosum esset tantarum amicitiarum ministrum, & quem recens memoria majestatis avorum regnare, non servire docuit, provinciæ huic novæ præficere, sed potentior erat intercessio, quam ut declinari posse videretur. † Annuigitur Bardo Cæsari, magnisque potentem amicitias Ludovicum (b) in Thuringiam cum potestate mittit, cui Vicedominatum ad vitam, † insuper ingentem tractum à sylva Thuringica, & fontibus Hörfelæ, usque dum Werram subit, clientelarem donat, pessimâ verecundiâ negare non ausus, quod majus damnum peperit, quàm

VI.

Ludovicus
Barbatus
venit in
Thuringiã.

* MXXXV.

Eum Vice-
dominum
suum Bardo
constituit.

Eum bonis
ditat.

B 2

indi-

(a) Anonymus de Landgraviis Thuring. c. 10. & seq. & MS. Chronicon Petrense pag. 647. Rivander, Spangenberg, & alii. (b) Citati Scriptores d. locis.

indignatio petentis attulisset. (a) Fuit aliam
Bardo clarus pietate, sed hanc non semper
civilis prudentia comitatur, aut voluit Nu-
men per sanctum Præsulem, felicitatis ini-
tia dare serenissimæ Familiæ, quam ad sub-
limem fortunam jam destinaverant fata,
solutura debitum Heroicis virtutibus, qui-
bus tanquam gentilitiis isthæc ~~familia~~ per-
petuò vigebit. (b) * Interim Comes † de
Glisberg nationi Scoticæ monasterium Or-
dinis S. Benedicti exstruxit. Ludovicus ille
cognomento Barbatus, cum moribus esset
affabilis, benevolentiam sibi provinciam de-
vinxit: Prudens insuper & occultus fir-
mandi imperii machinator, nunquam eò
progressus, ut precariam à Moguntia po-
testatem sibi esse negaret, quam tamen la-
tenter sibi propriam stabilivit, * (c) utque
vicinas vires sibi firmaret, † duxit in matri-
monium Saxonis viduam Cæciliam de San-
gershausen, & cum ea magnas opes. Fi-
lium ex ea primogenitum Bardoni ad bap-
tisma obtulit. Archipræsul indito paren-
tis nomine in futuræ paternitatis arrham
de continentibus Thuringiæ multa donavit.
Emit Ludovicus hinc inde latas terras, &
ædificavit Schauwenburgum, propterea

† progenies

* MXXXVI.

Monasteriū

Scotorum

fundatur.

* MXL.

Matrimon.

Ludovici

Barbati.

(a) Serarius in ejus vita.

(b) Anon. Chron. Thuring. Bibl. Cæsar. Vindobo-
nensis. Lambert. Schaffnab. hoc anno. Malè dissentit
Mscriptum aliquod Erfurtense ex fundamento omni historia con-
trario.

(c) MS. Bibliothecæ Cæsar. Vindobon. ubi de liberis hujus
matrimonii utriusq; sexus varia.

Comitis † titulo à Cæsare insignitus. * Mor- *Creatur Co-*
tuus demum Moguntia, † ubi ad S. Albanum *mes.*
sepultus. Successit huic filius ejusdem no- ** MLV.*
minis cognomento Salius seu Saltator † di- *Moguntia*
ctus, sub cujus Vicedominatu Sigefridus *moritur.*
urbem muro cinxit, (a) * † turribus in cir- *Successit fili-*
cuitu positis, cum antea munimenti anti- *us dictus*
quissimo (b) genere, sepibus, & incisus arbori- *Saltator.*
bus se tutasset.

* Hoc tempore Cæsar Henricus IV. VII. *VII.*
(c) decimarum † in Thuringia cupidinem in ** MLXVII.*
Electore Sigefrido succenderat, non tam *Erfordia*
amore sedis, quam ut divortii, quod cum *primò muro*
uxore Bertha meditabatur, patronum ha- *cingitur à*
beret. Cogitaret, ait, quam in immenso *Sigefrido E-*
spicarum mari omnis Thuringia fluctuet, *lectore.*
harum decimas ex ipsius Dei legibus aræ ** MLXIX.*
Moguntinae deberi, nec videre se, quò li- *Sigefridus*
bertas illa Thuringia spectare debeat, quod *infeliciter*
sola inter Christianos decimas neget: non *decimæ xi-*
esse quod derivatam à majoribus immuni- *git à Cæsare*
tatem prætendat, sœcordiæ non juri impu- *instigatus.*
tandam. Nullam temporis longævitatem
à Dei mandatis eximere, cumq; hæc fan-
ctissimis legibus niterentur, ne dubitaret
, & Elector, se Cæsarem juris executorem fu-
turum. Unum duntaxat vicissim rogare: *Cæsaris*
† Habere se molestam thori sociam in om- *hanc in rem*
nibus adversam, displicere in ea mores, ge- *cum Sigefri-*
nium, *do factus.*

B 3.

(a) Anon. Chron. Thuring. MS. Bibliothecæ Cæsareæ
Vindobonensis.

(b) Fredegarius capite octuagesimo septimo.

(c) Rivander in Chronica Thuring. hoc anno, & MSpta Erfur-
tensia.